

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliarius (Lectionarius) - Cod. Aug. perg. 16

[S.l.], [11. Jh.]

Item cuius supra de eodem die

[urn:nbn:de:bsz:31-6697](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6697)

sed illud quod carnalis uideri
 non possit aspectus. **C**redi
 derunt. non quod xpc ihc fi
 lius esset uirginis quod scie
 batur. sed quod idem unige
 nitus esset altissimi. quod in
 opere probabatur. Unde &
 nos frs. toto corde credam^{us}
 illum esse di filium que fili
 um hominis confitemur.

Credamus ipsum et nrae con
 sortem naturae. et paterne
 substantiae coaequalem.

Quo et nuptus interfuit ut
 homo. et aquas in uina muta
 uit ut ds. Quatenus fidei
 huius merito. nos etiam dñs
 nr. sobrio illo gratiae suce
 uino ppitius potare dignet^{ur}.



V. ITE CUIUS SUP.
D E E O D E M D I E :
U O I S T I S P R S L E
 ctionem euangelii.
 salutaria presentis

diei sacramenta rec. antem.
 Audistis qualiter xpc dñs qui
 hunc inmundum latenter ad
 uenit. paulatim dignatus est
 suam aperire mortalibus
 maiestatem. Quamquam km
 latere inter obscura saeculi.
 lumen caeleste non poterat.

Demq. cum uisitacionem sua
 necdum terra dinosceret.
 Caelum sua gaudia actotius
 mundi laeticiam. chaldeis stu
 pentib. tacito insidere loque
 batur. Et cum quis quan
 tusue esset. necdum infidelis
 possit uidere iudaea. iam tunc
 gloriam eius. indicis excita
 ta caelestib. gentilita senti
 ebat. Noua enim stella. nouu
 aduentasse hominem reuelabat.
Et ita reuera nouum. ut cum di
 esse & filius. indueret carne sine
 generatione carnali. & habere
 secundum hominem tempus

nascendi. qui secundum dñm na-
 tiuitatis initium non habebat.
 Nouum nimirum erat. ut uni-
 genito altissimi quem non ca-
 pit caelum. paruissimi tugu-
 ri minimum praesepe suffice-
 ret. Nouum erat. qui in caele-
 stibus cum dō patre regnabat.
 terrena matre contentus. ua-
 gitus infantiae. daret in pannis.
 Laetemur itaq. fr̄s. totisq. gau-
 dius exultemus. quia nobis na-
 tus est xpc ex faemina. nobis
 iacuit in praesepe. nobis uagi-
 ebat in cunis. nobis arridebat
 in stella. Totum aut nobis pfi-
 ciebat. quicquid saluator ho-
 minis agebat in homine.
 Aut itaq. euangelicus sermo.
 Ecce magi ab oriente aduene-
 runt hierosolimis dicentes.
 Ubi est qui natus est rex iudeoꝝ.
 Vidimus stellam eius in orien-
 te. & uenimus ad adorare eum.

Quo usq. iudeae durissime.
 obtusa aure. clausis oculis.
 et perfido corde persistis.
 Ecce iam post illa patriarcha-
 rum praeconia. post uatici-
 nia pphaetarum. Xpc & agen-
 tibus praedicatur. Si patrib.
 tuis credere detrectas. qui ab
 initio saeculi aeterni regis ad-
 uentum in numeris sacratisq.
 uocibus cecinerunt. crede t-
 hi tandem qui cum non ad-
 huc post tempora nasciturū.
 sed iam et apud te. & tibi natū
 esse testantur. Quae tanta
 est in peccatore tuo mortiferae
 obstinationis aduersio. ut so-
 lus non audias. quod omnes lo-
 cuntur. solus refugias. quod
 uniuersitas credit. solus certe
 uidere contempnas. quod splen-
 det e caelo. Apud te uirgo
 concepit. et uirginis tuae par-
 tum. alienus agnoscit. Tibi

v. Tu aut d' expectatio. & illuminatio gentium. miser.

salutem tuam angelicae uo-
ces persuadere non possunt.
et ad xpm tuum una chalde-
os stella perduxit. Ubi est
inquiunt magi qui natus est
rex iudaeorum. uidimus stel-
lam eius in oriente. et ueni-
mus adorare eum. In his im-
pletum est illud quod propheta
sermone praedictum est.
Quibus non est nuntiatum de eo
uidebunt. et qui non audie-
runt intellegent. Ecce enim
chaldeus. cui neque ad nuntia-
tum de xpo fuerat. neque audi-
erat. et uidit stellam xpi. &
ad esse eum intellexit in stella.
Adorant itaque magi dnm. et of-
ferunt munera. ut impleret
quod ait ille precipuus pphe-
tarum dauid. Afferte dno
patriae gentium. Afferte
dno gloriam et honorem. Dno
& dno quod ait. dnm illum

esse secundum dnm. dnm et se-
cundum hominem mystico
sermone declarat. Quod enim
ds est. creator est mundi.
Quomodo ergo non priuilegio
utriusque substantiae dnf est
omnium xpc. qui sibi uniuersa
aut creatione aut redemp-
tione subegit. Afferte in-
quit dno gloriam & honorem.
Honoris ergo est km qd offerunt
gentiles munera. gloriae qd
adorant. Munera chaldei
offerunt & adorant. unum
ab illis fertur ut regi. Aliud
exhibetur ut do. Hi itaque ado-
rato xpo. oblatiisque muneribus
per aliam ut lectum est uiam
reuersi sunt in regionem suam.
Rectissime per aliam uiam re-
deunt. ne cruentus herodes
qui mortem parabat infan-
ti. itinere magorum. perue-
nire possit ad xpm. Neque

qui adorare dñm uenerant
peditores. quā bene fr̄s per ali
am uiam redisse dicuntur.

Nam qui stella duce uenerant
in iudaeam. in patriam suā
aeterni solis illuminati radus
reuersi sunt. Et ideo cum
om̄i reuerentia caelebremus
hunc diem. magorum obse-
quia. nra deuotione superan-
tes. Quo silli xpm iacentē
incunabulis reppererunt.
nos eum regnantem habem̄
in caelo. **ITEM DE EODEM**

N **DIE SERMO BĒ
FULGENTĪ EPI.
OSTIS KŌMĪ FR̄S.**
quia dies iste qui
in honorem dñi per an-
nos singulos caelebratur.
ore cunctorum fidelium ep̄y-
phania uenerabiliter nun-
cupatur. Et quia grecum
pbatur esse uocabulum.

multis est latinis incognitū.
Inde est quod nomen istud. om̄s
quidem latini dicunt. sed non
omnes inueniuntur nosse qd
dicunt. Proinde bonum est
ut cuncti quidiem hodiernū
ep̄yphaniā nuncupant. &
cur hoc dicatur ignorant. sa-
cramentū huius diei. nomi-
nis interpretatione cognoscant.

Debet enim diei huius sollemni-
tas a fidelibus celebrari. & ideo
sollemnitatis causa non debet
ignorari. Hunc ergo diem
sicut diximus ep̄yphaniā uo-
cat xp̄iana religio. Ep̄ypha-
nia uero. interpretatur ma-
nifestatio. Traditum autē tene-
mus a patribus. quod uni-
genitus d̄s postquam est secun-
dum carnem temporaliter
natus. in isto die est magis ue-
nientibus manifestatus. a qui-
bus est oblati muneribus sup